



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

29. De clericis peregrinantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)



De Clericis peregrinantibus.

TIT. XXIX.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Anchar. Bal. Butr. Panorm. Ioan. de Londris in breuario Sanctorum Canonum, fol. 172. verso, Mart. Mesn. in epitome Decret. fol. 81. vers. Petr. de Raven. in compend. iuris Canon. Dan. Venat. in analysi methodic. iuris Pontif. pag. 354. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decret. sub hoc tit. noue Barth. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. sub eodem.

De peregrinis aliqua scripserunt Fusch. de visitat. lib. 2. c. 22. Mar. Alter. de censuris tom. 1. lib. 5. disp. 11. cap. 3. & 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Peregrinationis causa accedentes ad Sedem Apost. sub eius protectione consistunt, & contra eos nihil est innouandum.
- 2 Itineris arreptio, qua fit ad Papam ante ceptam causam suspendit iurisdictionem inferioris.
- 3 Exceptio an concessa censetur ex receptione sub Apost. protectione, remissum.

CAP. Conquerente, vni. Caelest. III.

Qui accedunt ad Sedem Apostol. ipsi cum rebus suis sunt secuti sub eius protectione, & si quid eorum durante itinere ablatum fuerit, est illis restituendum, quia contra peregrinantem ad Sedem Apost. nihil est innouandum. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. 2. c. 1. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Zabarel. Imol. A. an. Host. Butr. Anchar. Bald. Vinian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 361. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 349. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 2. Decretal. lib. 2. tit. 20. cap. 1.

Notatur hic text. ad hoc quod itineris arreptio, qua fit ad Papam ante ceptam causam, suspendit iurisdictionem inferioris, siue sit Ordinarius, siue delegatus, & tunc Papa itinerantem, ut per Mil. in rep. 1. verbo, appellationis vim obtinet, il. 2. Sigismund. Scacc. de appell. q. 6. n. 44.

Esse sub Apost. protectione. An concessa ex hoc sit exemptio, vide Dec. conf. 152. Anton. de Prat. de iurisd. Episcop. c. 2. n. 2. Erasmod. Cochier. de iurisd. Ordinarii in exemptos, p. 1. q. 9. n. 3. & quae dixi ad cap. recepimus, n. 7. & 8. de privileg. pag. 359.

De Confirmatione vili, vel inutili.

TIT. XXX.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hac rubr. scribentes.
- 2 Confirmationis materiam qui tractant, citantur.

- 3 Confirmare idem significat quod simul firmare, seu stabilire.
- 4 Confirmatio multipliciter accipitur.
- 5 Confirmatio in genere sumpta definitur ut sit iuris quocunque modo quassus per legitimum superiorem facta corroboratio.
- 6 Confirmatio in forma communi dicitur quando superior non precedente causa cognitione altum ab inferioribus gestum confirmat.
- 7 Confirmatio ex certa scientia dicitur quando fit cum perfecta noticia totius negotii, & omnium eius circumstantiarum.
- 8 Confirmatio in forma communi in nonnullis conuenit & in aliis differt ab alia ex certa scientia.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Anchar. Dec. Bald. Bero. Butr. Panorm. Ioan. de Londris in breuario Sanctorum Canonum, fol. 173. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 92. verso, Petr. de Ravena in compend. iuris Canon. Dan. Venat. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 355. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. titulum iuris Canonici, nouissime Ioan. Honor. lib. 2. summ. in Decretal. omnes sub hac rubr.

De materia tit. vide Cottam in memorab. verbo, confirmatio, Bernard. Graue. ad praef. Censor. Imper. lib. 2. concl. 1. Joseph. Seffe Aragonia decis. 15. & 93. Cabed. Lusit. decis. 1. p. 2.

Confirmare, quod idem significat ac simul firmare, seu stabilire, iuxta ea, quae de dictione coniuncto verbo simplici aduertit Val. lib. 6. elegunt. c. 92. Abb. in cap. dudum, n. 11. de decim. in iure multipliciter accipitur, aliquando idem significat quod approbare, seu innouare, in quo sensu loquitur c. 1. in princ. de locato, c. 1. de treuga & pace, ubi gloss. verbo confirmet; aliquando significat potestatem beneficii, seu canonicam institutionem, per quam electus ad beneficium confirmatur, Episcopalesque vinculum contrahit cum Ecclesia, in qua confirmatur, cap. postquam 3. cap. nollis, 9. iuncta gloss. verbo confirmata c. transmissam, 10. ibi, electionis tua confirmationem, cap. qualiter 17. ubi gloss. de elect. notant Gom. in reg. de triennali possess. gloss. 28. vers. ego etiam. Rebuff. in praxi benefic. tit. de deuolut. n. 8. Syluest. in sum. verbo confirmatio humana, per tot. Nonnunquam confirmatio accipitur pro sacramento Confirmationis, de quo in c. quanto, de consuet. & aliqua dixi de officio & potest. Episcopi, q. 1. alleg. Interdum proprie accipitur confirmatio, prout importat actum superioris, siue per viam legis, siue per aliam disputationem corroboratam, illaque ab inferioribus geruntur, siue in iudicio, siue extra, & in hoc sensu loquitur hic titulus per tot. & definitur confirmatio in genere sumpta, ut sit iuris quocunque modo quassus per legitimum superiorem facta corroboratio, loco generis opponitur corroboratio, quae latissime patet, adieci iuris quocunque modo quassus, ut comprehenderem utramque confirmationis speciem tam in forma communi, quam ex certa scientia, de qua infra, cum utraque ius quassum corroboret, illa ius quassum legitime, haec nulliter & de facto. Adieci deinde, per legitimum superiorem, tum ut significarem propriam confirmationem esse actum legitimi superioris, tum ut excluderem illas, quae a priuatis personis geruntur, quae magis approbationes, quam confirmationes dici possunt, ut per Bart. in l. si expressim n. 17. ff. de appellat. Abb. in cap. ea qua, n. 5. de re iud. Definitio haec est de mente Bart. d. num. 17. Abb.